MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 330v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



ad uictimam. Minister uero euaginato
gladio stetit stupidus in eo nihil au
dens facere. Cui maximianus dixit. Ad
huc stas malus miles? Martianus miles
Rx. Domine rex caput eius sicut mons est.
ante me. et ego totus contremisco. Cog
noscens autem causam maximianus
tradidit eum aliis ministris ut eum in
terficerent. Ex hac itaque iussione
gaudio repletus martir alexander.
aquam petiit. moxque suas manus lauit.
flectensque genua et ceruicem intera
humilians orationem domino optulit
dicens. Benedictus es domine deus. qui
dignis cognitoribus tuis que sunt bo
na tribuis. Benedictus es quia paciens
es super peccatores et infideles et er
rantes reuocas ad tuam agnicionem
Benedictus es qui cadentes erigis
propter tuam pietatem. Benedictus es qui
inferna quidem calcasti propter nostram ex
morte resurrectionem. persecutores obse
crans ad tuam uenire ueritatem. Bene
dictus es qui animalium quidem execraris
cedem. seruorum tuorum orationem libentis
sime suscipis. Benedictus es qui colentibus
te cooperaris. ut demones eis subici
antur Benedictus es qui penitentiam
quidem desertoribus. peccatis
eorum largire dignaris eandem ueram
mercedem. undecima hora occurrentibus
reddere dignatus es. Bene
dictus es qui ignorantiam quidem impie
tatis a me extinxisti hodie. in tuam
uero ueneracionem aggregasti. ut persecu
torem meum deuictum ostenderes. Be
nedictus qui me de medio idolorum cul
tura ad tuam magnitudinem et bonorum
operum tuorum assumpsisti. et de principa
li potestate liberasti. Benedictus

A vi kl' Sept

es qui boni gregis tui ouem eripui
sti. et idonea mente. in tua ueritate con
firmasti. Benedictus es qui tantorum
bonorum thesaurum subito mihi largitus
es. et studium ueritatis tue per ihesum xpm
introduxisti. Benedictus es qui fortem
athletam tui ueneracione sermonis e
ducasti. et aculeum diaboli infirma
sti. Tu mihi domine apertam gratiam exhibe.
sicut permittere dignatus es diligentibus
te Hec exorauit beatissimus alexander.
et post orationem aspiciens in celum. com
mendauit spiritum suum dicens. In manus
tuas domine commendo spiritum meum et inclina
uit caput. Implens autem precepta re
gis minister. amputauit caput eius.
Deinde ueniens post aliquot dies
quedam matrona castissima nomine
grata. collegit corpus eius letando. et po
suit illud in predio suo non longe ab
ipso muro ciuitatis bergumensis.
Passus est autem beatissimus dei martir
alexander vii kl' Sept sub maximia
no imperatore. regnante et imperante domino
nostro ihesu xpo Qui ic Passio S Rufi mar
tiris.

Beati rufi martiris in ca
pua celebratur natalis. et dies
festus eius cunctis est admi
randus. Hunc quoque mire sanctitatis uirum
docuit et baptizauit beatus apollinaris
petri apostoli discipulus. cum esset idem rufus
patricie dignitatis Ueniant preterea
eodem die sancti martires thomas ciuitate
sollemnes. et in eorum annua precipue
laude tripudiant dominum collaudantes
Quorum nomina hec sunt. Marcellinus
tribunus et uxor eius mannea et filius
iohannes et serapion clericus et petrus miles.
Hi ergo premia eterne sortiti sunt
uite. quia non dubitauerunt mori pro